EXPOSITIO THRENORUM
12. Jh. Seite 90r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26462
Copyright: Admont, Benediktinerstift

90

tre diabolo estis. Hoc matres Syna
goge nimirum facte sunt quasi uidue.
quia priorem uirum hoc est dominum propter
fornicationem idolatrie habere
non meruerunt. Hii aquam scientie
uoto discendi quasi pecuniam adbi
bendum redimunt. sed quia Christum in
eo non inueniunt eterna siti dis
pereunt. semper quidem discentes.
et numquam ad scientiam ueritatis perue
nientes. Similiter et lignam pre
cio comparant. cum exercendis uir
tutibus operam dant. sed quia ardorem ca
ritatis in eo habere despiciunt.
in uacuum totum laborem expendunt.
Hos quidem scribe eorum et pharisei
per uarias sectas et tradictiones
inutiles ceu ceruicibus uinctis
minabant. nec lassis in eo dabant
requiem. Et quoniam egypto spiritali et
assyriis propter gulam seruire ma